

## DE IMPOSITIONE MANVVM. Fo. VI.

Peregrini Clerici quomodo admittendi. Cap. XXXI.

**P**eregrini Clerici Romæ aut a libi ordinati , priusquam de ordinatione sua  
rite adepta, dec̄ vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint ac cō<sup>r</sup>peregr. toto  
mendatias suor̄ episcopor̄, suor̄ ordinationis literas exhibuerint, repeluntur.  
Quanta em̄ per hos (qui euagandi licentia abutuntur) scandala, ani-  
marūq; pericula, & in clero & in populo frequenter eveniant, nemo est qui  
non videat.

Odiosa beneficior̄ pluralitas in vna eademq; persona. Cap. XXXII.

**O**diosa semper apud veteres fuit plurium sacerdotiorum ambitiosa cu-  
piditas, neque sennel generalibus Concilijs damnata . In Calcedonensi Ex Calced.  
em̄ inter alia cautū est, clericum in duabus ecclesijs conscribi nō oportere, q;  
difficile videatur, vt vnius vicem duorum sustineat, & absurdum, si promis-  
cuis actibus rerum turbentur officia. Id vero in primis noxiū est, vbi plus  
res parochiæ seu dignitates, vni presbytero committuntur, quod solus per  
omnes ecclesiās, nec officium persoluere, nec rebus earum necessariam curā  
impendere valeat. Quare tam eos qui de sacerdotijs eiusdemodi disponendi  
potestatem habent, quam qui ea cæca cupiditatē ducit ambiunt, commoni-  
tos volumus ut suos affectus canoniciis institutis submittant. Qui vero dis-  
pensatione apostolica aduersus hæc se tueri velint, hi viderint, vt causam dis-  
pensationis obtentæ, deo comprobent. Neque enim sublimes atque admo-  
dum literatas personas suo priuilegio nudamus, modo illo recte & secun-  
dum deum ytantur.

Dispensations inspiciendæ vt occurra abusibus. Cap. XXXIII.

**Q**uam impudenter pleriq; diplomatis ac dispensationibus apud sedem  
apostolicam extortis, preter summi pontificis mētem ( qui & vult & 2. Corin. 10  
debet potestate sibi concessa non ad destructionē, sed ad ædificationem vti)  
abutantur, nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) Ber. ad Eug.  
disp̄sare, sed dissipare. Disp̄satio quidem credita est, sed hic iam queritur  
inter disp̄satores, vt fidelis quis inueniatur. Quanquam apud illos maxima  
culpe pars resideat, qui vel nulla vel minus legitima vel etiā ficta causa, sup-  
plicatorijs precibus inserta dispensationis tectorium tandem eliciunt, quos  
apud deum ( qui renes & corda scrutatur, omnemq; hypocrisim ac frau-  
dem execratur) securos quis dixerit? Nemo tibi ( ait idem ille quem iam  
citauiimus) de dispensatione apostolica blandiatur, cuius conscientiam diui-  
na sententia tenet alligatam. Sed quia pauci sunt, in quorum conspectu est  
deus, pleriq; vero, qui sacra authoritate pro sua libidine passim abutuntur,  
sit, vt Lugdunensis Concilij sub Gregorio decimo celebrati, non insalu-  
bre decretum aduersus insolentiam eiusmodi hominum in usum reuo-  
care cogamur. Quo subnixi, cunctis, qui talibus diplomatis sibi blandium  
tur

Ex Agatef.  
c. 25. De cle.  
peregr. toto

61, 62, 63, dif.

Ex Toleta.  
c. vniō, 10.

q. 3.

Ex cōcil. ge-  
nerali. c. de  
multa. de p-  
ben. & dig.

Ex cōcil. Lu-  
gdu. c. Ordī-  
narij de off.  
ordi. li. vi.